



Juva  
**J E H O V A**  
 In  
**ESSENTIA UNUS**  
 Et  
**PERSONIS TRINUS,**  
 Numero ineffabilis  
 &  
 Ratione imperscrutabilis.  
**P R Æ F A T I O.**



Non minorem esse Arithmetices, numeros incompósitos considerantis, omnesq; Scientias Mathematicas, quibus ad vere Sapientie Delubrum itur præcedentis; ἐστὶ τῆ πολιτικῆ διοικήσεως, quemadmodum Plato, Philosophorum Pater loquitur Lib. VII. de Rep., utilitatem, quàm Musices, compósitos tractantis, jucunditatem, omnes Ingenio prudentiores, usuperiores, Fide, Religione, & officio quocunq; diligentiores, sanctioresq; Virtute, consilio & autoritate fatebuntur, ut neq; opifices, aut Institores, multo minus Famâ aliquâ commendatioribus, ejus commoditatibus carere queant; ipsam Humanitatem, vel sanâ cujusdam Consilii Rationem requireremus in eo, penes quem aliqua de hac re dubitatio haberet, quantumvis & inter acutissimos Nature Indagatores nomen suum profiteretur, Roscio in hac scena, Laurenbergio iudice in præfat. ad Instit. Arith. eâdem Philosophiæ Studiosus carere omninò non potest, non magis quàm Medicus suâ Pathologiâ. Plurima hujus scientiæ rudi numeris Pythagoricis, & Bæoticis enigmatibus, obscuriora passim obvenient, hujus artis aliàs gnaro vel doctissimo notissima. Memorabile est Platonis, modò laudati, verbum in Epinomide, quo Vir ille divinus pronunciat: *Ἄνθρωπον ἀριθμητικῶν ἀνοητότερον, καὶ ἀφρονέστερον εἶναι*; eam tanti aestimarunt cultioris cujuscunq; Seculi Majores, ut quæsitum, quid homo esset? responderint: animal quod sciat numerare, quæ Ratio & per spicax numerandi Facultas juxta ambulent, uti idem laudatissimus Laurenbergius judicat. Rectè Doctissimus Joh. Schefferus in Dissert. politissima de Generosi Nobilisq; Informatione pag. XIX. ita censet: *ἐ Disciplinis Mathematicis Arithmetica maximè commendanda, non illa vulgaris modò, sed & quæ in collocandis Rationibus, ordinandisq; Expensis & Acceptis occupatur, cum propter usus*

A 2

cujus-